UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Eulalia V. M. S. Melchiades PP. S Carpophorus 10 Dec.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Eulalia V.M. S. Melchiades PP.
a Carpophorus 10 Dec.

Patientia.

Oportet te aliorũ grauiora ad mentem reducere, ut leuius feras tua minima. Kempis.

Deus qui nos concedis B. Eulaliæ V. & M. tuæ (S Melchiadis M. atque pont. B. Carpophori & Abundij MM.) natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eius (eorum) Societate gaudere Per D N Ieſum &c.

Ora pro ægris, &

1 S. Eulalia V. Emeritæ in Hiſpania à nobiliſſimis ſimul & Chriſtianis parentibus procul ab urbe educabatur ne in perſecutorum manus fidei cauſa veniret. At illa fidei zelo accenſa è pio carcere euadens noctu ad vrbem & die ſeq. ad tribunal 18. annos nata penetrauit, & Chriſtum libere confeſſa, conſtantia fidei & tormentorum patientia inimicos crucis perterrefecit.

2. S. Melchiades Papa eruditione & Sanctimonia vitæ Eccleſiam pauit ſub Maximiano Imp. cuius etiam iuſſu martyrio coronatus eſt.

3. S. Carpophorus presbyter Hiſpalenſis in Hiſpania fuit. Is perſequente Eccleſias Diocletiano Imp. primo nodoſis fuſtibus grauiſſime cæſus, deinde multos dies ſine cibo & potu clauſus, ab Angelo eductus, zelo fidei iterum captus eſt & occiſus.